

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 1: De peccatis Caput 8: De luxuria (5)

Idem (Bernardus):

Luxuria animam commaculat,  
corpus enervat, bursam evacuat,

Deum tollit, proximum offendit,

Dicitur luxuria, quia sicut bruchus nascitur  
ex locusta arefacta in pariete, qui,  
cum alas non habeat, inhaeret terrae,  
et consumit et comedit quidquid in terra invenit;

← ita luxuria hominem devastat, famam aufert,  
bursam evacuat, corpus enervat,

→ animam commaculat, visum obtenebrat,

Deum perdit, proximum offendit:

cibus est diaboli, odium angelis;

unde Joel: *Residuum bruchi*, id est luxuriae,

*comedit locusta*, id est superbia,

quia peracta luxuriae poenitentia,

invadit hominem superbia et infestat.

Alanus de Insulis, *Liber in distinctionibus  
dictionum theologicarum* (PL 210, col.722D).

animam ad gehennam trahit.

[fons nondum repertus]